Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



eius hora. ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Cum dilexisset
suos qui erant in mundo. in finem dilexit eos. Et cena facta cum
diabolus iam misisset in cor. ut traderet eum iudas simonis scha
riothis. sciens quia omnia dedit ei pater in manus. et quia ad deum
iuit et ad eum uadit. surgit a cena. et ponit uestimenta sua. Et
cum accepisset linteum. pansit se. Deinde mittit aquam in pelum.
et cepit lauare pedes discipulorum. et extergere linteo. quo e
rat pansus. Venit ergo ad simonem petrum. et dicit ei petrus.
Domine. tu mihi lauas pedes? Respondit ihs et dixit. Quod ego facio
tu nescis modo. scies autem postea. Dicit ei petrus. Non lauabis
mihi pedes in eternum. Respondit ei ihs. Si non laueero te. non habe
bis partem mecum. Dicit ei simon petrus. Domine. non tantum pedes.
sed et manus et caput. Dicit ei ihs. Qui lotus est. non indiget nisi
ut pedes laueet. sed est mundus totus. Et uos mundi estis. sed non
omnes. Sciebat enim quis esset. qui traderet eum. Propterea dixit.
non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum. accepit
uestimenta sua. et cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fe
cerim uobis? Vos uocatis me magister et domine. et benedi
citis. Sum enim. Si ego laui pedes uestros dominus et magister.
et uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim
dedi uobis. ut quemadmodum ego feci uobis. ita et uos
faciatis. Off. Dextera domini fecit uirtutem. Secreta. Ipse tibi
quesumus domine sancte pater omnipotens deus sacrificium nostrum reddat ac
ceptum. qui discipulis suis in sui commemoratione hec
hodierna traditione monstrauit. ihs xps dominus nr. Qui tecum
per omnia. Qui saluti humani generis. Inf actionem. Communicantes.
Hanc igitur oblatio. Quam primitus quam.

Vigilie antiqua dominica
Adorate deum